

APPENDIX I. (HERMANNI BUSENBAUM).

DE DISPENSATIONIBUS S. POENITENTIARIAE

202. - « Quia ex officio S. Poenitentia-
« riae multae dispensationes (et gratis qui-
« dem) impetrari possunt, saltem pro foro
« conscientiae; operae pretium censui,
« quaedam circa hujus rei praxim poeni-
« tentibus et confessariis utilia hic subne-
« ctere.

Tria con-
sideranda.

« Et quidem tria potissimum circa hanc
« rem requiri possunt: I°. Circa *materiam*
« et *causas*, in quibus nimirum casibus,
« dispensationes istae concedi soleant. —
« II°. Circa *formam litterarum Poenitentia-*
« *riae*, quibus dispensatio confessario com-
« mittitur; quarum verba nonnulla, quae
« difficultatem pariunt, explicanda sunt. —
« III°. Circa ipsam *executionem dispensa-*
« *tionis*, quae nimirum in ea observanda
« sint. — De quibus, ex Bonacina, Diana ¹,
« et Marci Pauli Leonis volumine integro
« ea de re edito ».

Materia:

203. - « Resp. I°. *In triplici materia*
« (pro cujus diversitate, diversa quoque
« est forma) dispensationes, sive gratiae
« istae concedi solent.

vota,

« *Prima* est in *votis*; v. gr., ut votum
« religionis, ob inopiam parentum vel fra-
« trum similive ex causa, liceat differre;
« — ut quis a voto simplici castitatis vel
« etiam religionis (postquam matrimonium
« contraxit) absolvatur, ad manendum in
« matrimonio debitumque licite petendum;
« — ut a voto religionis (ob debilitatem
« virium, per quas ejus onera ferre non
« possit, aut ob metum incontinentiae, aut
« dotis defectum) absolvatur, in ordine ad
« contrahendum matrimonium.

impedimen-
ta occulta,

« *Secunda*, in *impedimentis occultis ma-*
« *trimonii*: sive ea sint impedientia tantum,
« sive etiam dirimentia; sive matrimonium
« cum iis publice contractum sit, sive con-
« trahendum, dummodo de eo privatim

« fuerit actum et conclusum, praesertim
« bona fide; sive etiam, quando contracto
« superveniunt.

« Circa quae *notandum* 1°. Impedimenta
« *occulta* dici, quae vel nulli nota sunt,
« vel, licet uni alterive innotuerint, ad fo-
« rum tamen contentiosum non sunt de-
« ducta ». [Vide *Lib. VI, n. 1111*]. —
« 2°. Etsi aliqua impedimenta, v. gr. co-
« gnationis spiritualis, natura sua sint pu-
« blica, cum contrahantur in facie Eccle-
« siae; fieri tamen potest per accidens ut
« sint occulta, v. gr. 1°. Ob diuturnitatem
« temporis, ex quo sunt contracta. 2°. Ob
« distantiam loci a loco contractae co-
« gnationis. 3°. Per mortem eorum qui fue-
« runt conscii. 4°. Per ignorantiam hujus
« contractionis.

« *Tertia*, in *variis censuris*, ut excom-
« municationibus, suspensionibus (item ir-
« regularitatibus), praesertim occultis; ad
« absolvendum ab iis, dispensandum, re-
« habilitandum, etc. — Item, ad condo-
« nandam obligationem restitutionis ob
« horas neglectas; ad commutandum onus
« recitationis horarum; eligendum confes-
« sarium, etiam pro reservatis; transeun-
« dum ad aliam religionem sive ordinem
« (pro utroque foro), etiam post apostasia
« a suo ».

censurae,

condonatio-
nes; etc.

204. - « Resp. II°. In formulis frequen-
« tioribus ipsius brevis apostolici, verba
« quae substantialia continent et difficul-
« tatem habent, sunt haec:

« 1°. *Si est ita*; vel: *quatenus si ita est*.
« — Quorum sensus est; si preces veritate
« nitantur, praesertim tempore datarum
« Litterarum Apostolicarum. — Requiri-
« tur autem veritas rerum narratarum,
« principaliter quoad essentialia facti, v.
« gr. affinitatem esse contractam, incestum

Requiri-
tur veritas
in essentia-
libus,

¹ Bonac., disp. 1; de Legib., qu. 2, punct. 2. — ² Part. 4,
tr. 4, resol. 71; et part. 8, tr. 3, resol. 103 ad 111. - Marc.

Leone, Praxis ad litteras Major. Poenitentiar. et off.
S. Poenitentiariae.

« commissum, et actum sive tractatum
« esse de matrimonio (intellige perfecte,
« ita ut in id utrinque consenserint), et
« periculum revelationis ac scandalum
« imminere. — Secundario autem requi-
« ritur quoad *accidentalibus*, v. gr. bona fide
« actum esse, et similia, quae tantum sunt
« impulsiva, et sine quibus nihilominus
« conceduntur tales dispensationes. Unde,
« etsi in iis, vel in aliis parvi momenti
« sit erratum in petitione, gratia nihilo-
« minus est valida. — Vide Marcum Leo-
« nem¹. [Vide hic Bullam Benedicti XIV,
« *Lib. VI, n. 1131*].

« 2°. *Si periculum immineat revelatio-*
« *nis*. Ad hoc enim ut subsistat dispen-
« satio, requiri ut sit periculum ne reve-
« letur impedimentum (intellige, quando
« id in formula exprimitur), si non subse-
« quatur matrimonium, docet Marcus Leo².
« — Periculum autem hoc non importare
« necessariam detectionem, sed tantum
« probabilem et moralem credulitatem,
« futurum, ut, si resiliatur a matrimonio
« contrahendo, et hujus causae assignari
« non possint, ex vehementi suspitione et
« curiosa inquisitione detegatur³.

« 3°. *Et scandalum*. — Quo nomine, in-
« telligitur gravis infamia; ex qua deinde
« sequantur contentiones, minae, pugnae,
« etc. — Leo⁴.

« 4°. *Ut dicta muliere de nullitate prio-*
« *ris consensus certiorata, etc.* — Clausula
« haec est substantialis, ut nimirum, si
« dispensandum sit in impedimento diri-
« mente, cum quo matrimonium contra-
« ctum fuit in facie Ecclesiae, conjux igno-
« rans illud impedimentum, fiat certa de
« nullitate prioris sui consensus, et novum
« validumque libere praestet (ita tamen,
« ut in cognitionem occulti impedimenti
« non veniat). Leo⁵, Diana⁶. — Sufficit
« autem ut istum consensum praestent
« inter se secreto, nemine praesente, per
« verba vel signa sufficientia, v. gr. co-
« pulam maritali affectu. Neque debet exe-

« cutor dispensationis eos coram se et te-
« stibus iterum copulare. Leo⁷. [Vide
« dicenda *Lib. VI, de Matrim., n. 1135*].

« 5°. *Postquam dicto sacerdoti, si non-*
« *dum satisfecerit*. — Verba haec solent
« esse in facultate absolvendi ab excom-
« municatione, v. gr. ob percussorem cle-
« rici. Et important conditionem prius
« satisfaciendi parti laesae, quam possit
« absolvi; hoc est, compensandi injuriam,
« expensas et omnia damna quae ob per-
« cussionem illam incurrit, quorum ae-
« stimatio committitur executori dispen-
« sationis. Neque ab ejus obligatione li-
« beratur percussor, per hoc quod percus-
« sus injuriam remisit. Vide Leonem⁸.
« — Si autem non possit in praesenti sa-
« tisfacere, sufficit, si juratus promittat se
« facturum, cum primum poterit.

205. - « Resp. III°. Circa praxim, sive
« executionem hujus dispensationis, haec
« facienda:

« 1°. Litterae Sacrae Poenitentiariae
« diriguntur ad oratorem, hoc est ad ipsum
« qui dispensationem (per se vel alium)
« petit; qui non debet eas resignare, sed
« eligere confessarium talem, quali inscri-
« buntur, qui eas sibi ab oratore traditas
« resignet, legat, et deinde cum eo secun-
« dum commissionem dispenset. Licet vero
« quocumque casu ab alio aperiatur, non
« ideo carent effectu. — Salas, Diana⁹.

« 2°. In confessario hoc requiritur: 1°. Ut
« sit approbatus ab Ordinario territorii,
« in quo dispensaturus est. — 2°. Ut sit
« magister, sive doctor in theologia vel
« jure canonico; promotus in academia;
« vel religiosus habens privilegium: quale
« concessit Gregorius XIII anno 1582 con-
« fessariis Societatis Jesu, quos Generalis,
« vel alius superior de ejus licentia, ad
« id designavit. — 3°. Ut specialiter ad
« hoc sit electus ab oratore, hoc est, ab
« eo cum quo dispensandum est: qui ta-
« men semel electus, nisi deprehendat
« ignorantem, mutare non potest. Leo¹⁰,

Prius sa-
tisfacien-
dum parti
laesae.

Quid, si
non possit.

Litterae
diriguntur
ad orato-
rem.

A quonam
aperiendae.

Requisita
in confessa-
rio.

Litterae
ubi et quo-
modo exse-
quenda.

Postea la-
cerandae,

sine atte-
statione di-
spensatio-
nis.

« Diana^{a)}. — Contrarium tamen docent
« Sanchez et Perez¹.

206. - « 3°. Confessarius ad id electus,
« 1°. Debet dispensare in ipsa confessione,
« vel saltem immediate post. Diana^{a)}, Leo².
« — 2°. Debet causae cognitionem, quando
« ea in Brevis exigitur, essentialiter prae-
« mittere per diligens examen poeniten-
« tis; nisi habeat ante perspectam: quia
« non est merus executor, sed iudex, cui
« delegatur potestas dispensandi. — 3°. In
« ea debet credere illi, etiam sine testi-
« bus et juramento, nisi aliunde sciat esse
« falsam; tunc enim dispensare non debet.
« Leo, Diana³. — 4°. Opera in ipso Brevis
« praescripta, etsi possit moderari, non
« tamen condonare potest. — 5°. Etsi non
« praescribantur certa verba ad dispen-
« sandum, debet tamen servare formam
« a Rituali Romano probatam, et post ver-
« ba ista: *Absolvo te a peccatis tuis*, ad-
« dere: *Et eadem auctoritate, declaro te in*
« *dicto matrimonio manere, et debitum*
« *conjugale reddere posse et debere: necnon*
« *dispenso tecum, ut idem debitum etiam*
« *exigere licite valeas. In nomine Patris,*
« *etc.* Si vero sit absolvendus ab excommu-
« nicatione, vide formulam infra, *Lib. VII*.
« [n. 116]. — 6°. Absoluta dispensatione,
« debet lacerare litteras, praecipue sigil-
« lum, ita ut ad probandum servire non
« possint; alias incurrit excommunicatione-
« nem majorem⁴. Laceratio tamen ista
« non est de substantia: quia tantum in-
« tenditur, ut non suffragentur in foro
« externo. — 7°. Nullo modo debet atte-
« stationem dispensationis factae, neque
« ipsum Brevis seu diploma reddere; cum

Sanct., de Matr., lib. 8, disp. 27, n. 40. — ¹ De Matr.,
disp. 48, sect. 5, n. 7. — ² Part. 1, Form. dilationis voti reli-
gion., claus. *In ipso actu*; et claus. *Quatenus audita*. -
Leo, loc. cit., claus. *Si re diligenter discussa* et seq. —
³ Part. 8, tr. 3, resol. 108. — ⁴ Leo, part. 2, Form. dispens.

205. - a) Diana, *part. 8, tr. 3, resol. 104*, re-
citatur hanc opinionem; ipse vero deinde contra-
riam affert, juxta quam, si confessarius electus
nolit dispensationem concedere, orator potest
alium adire et ab eo illam obtinere. Et hanc
opinionem Diana Lezanae tribuit, « cui ego
(subdit) libenter adhaereo ».

206. - a) Diana, *part. 4, tr. 4, resol. 71*,
dicit dispensandum esse « in confessione sa-
cramentali »; et infra dicit necessariam esse
confessionem.

« pro solo foro conscientiae debeat servire.
« — 8°. Nihil debet accipere, ne via qui-
« dem compensationis, pro dispensatione,
« etiam pro foro externo facta: ideo enim
« inscribitur, *gratis ubique*. Alias incur-
« rit ipso facto excommunicationem ma-
« jorem. Gavantus, Diana⁵, ex declara-
« tionibus cardinalium^{b)}.

« Ex dictis resolvuntur sequentes ca-
« sus:

207. - « 1°. Confessarius pro hac di-
« pensatione eligi non potest, qui tantum
« est doctor ordinis, vel professor, vel
« licentiatu theologiae; quod enim hic in
« favorabilibus veniat nomine doctoris,
« tantum intelligitur de iis quae ratione
« exercitii, non quae ratione dignitatis
« committuntur. — Leo⁶, Diana⁷.

« 2°. Ex privilegio Societatis Jesu con-
« cesso, alii etiam Mendicantes eligi pos-
« sunt ob communicationem. Debent ta-
« men tam hi, quam isti, specialem ad
« hoc habere facultatem a suis superio-
« ribus: alias dispensatio erit nulla. — Ita
« auctores citati⁸. Et patet ex dictis.

« 3°. Confessor debet ita examinare
« poenitentem, ut cognoscat, et quidem
« distincte, merita causae, possitque inter
« ea discernere; ideo enim inscribitur:
« *Viro discreto*. Praecipue autem debet
« inquirere an preces nitantur veritate;
« quia gratia non conceditur simpliciter,
« sed sub conditione; ideoque solet addi
« clausula: *Quatenus si ita est, vel: Si ita*
« *esse repereris*. Vide Auctores citatos⁹.
— [Vide de *Matrim., Lib. VI, n. 1131*].

« 4°. Is qui dispensationem petit, debet
« executori ad id electo confiteri: nec suf-

Matr., in 1° de contrahendo, claus. *Sed praesentibus la-*
niatis et seq. - Gavant., Man. Episcoporum, v. *Matrim.*
impedimenta, n. 34 et 36. — ⁵ Part. 4, tr. 4, resol. 71, i. f.
— ⁶ Part. 1, Form. dilat., voti religion., claus. *Magistro in*
theologia, etc. — ⁷ Part. 4, tr. 4, resol. 71. — ⁸ Loc. cit.

b) Apud Gavantum, *loc. cit.*, reperiuntur
duae declarationes S. C. EE. et RR. de hac re;
unam nempe de die 22 April. 1616, quae dicit:
« Vicarius episcopi nihil prorsus potest acci-
pere pro laboribus in instruendo processu,
sive pro decreto dispensationis matrimonial-
is »; alteram, de die 17 Mart. 1619, dicentem:
« Neque episcopus oblatum sponte recipere
potest ». Sed in istis declarationibus, quales a
Gavanto referuntur, nulla mentio habetur de
excommunicatione.

Gratis ex-
sequenda.

Qualis con-
fessarius e-
ligendus.

Religio-
si privile-
giati.

Inquisitio
facienda,
circa quae.

Confessio
requisita.

¹ Part. 2, de Form. dispensat. Matrim., in 1° de con-
trahendo, claus. *Quatenus si ita est*; et part. 3, de Form.
absolv. et dispens. pro laico qui presbyterum percus-
sit, etc., claus. *Quatenus*. — ² Part. 2, ibid., claus. *Pericu-
lum*. — ³ Loc. cit., v. *Nota illud* et claus. *Et scandalu-
rum*, i. f. — ⁴ Loc. cit., claus. *Et scandalorum*; et Absolut.
ab incestu, claus. *Scandala inde*. — ⁵ Loc. cit., in 1° de
contracto, claus. *Ut dicta mulier*; et claus. *Sed ita caute*. —

⁶ Part. 8, tr. 3, resol. 110. — ⁷ Part. 2, de Form. dispens.
Matrim., in 1° de contracto, v. *Sufficit ergo*. — ⁸ Part. 3,
Form. absolv., pro laico qui clericum percussit, si per-
cussio est occulta, claus. *Postquam dicto sacerdoti*; et
claus. *Arbitrio tuo*. - Salas, de Legib., disp. 20, sect. 10,
n. 97. — ⁹ Part. 8, tr. 3, resol. 108, 104; et part. 4, tr. 4,
resol. 71. — ¹⁰ Part. 1, Form. dilationis voti religion.,
v. *Respondeo*.

« ficit, ante ei confessum fuisse. Patet ex
« dictis. — Leo¹, Diana², Reginaldus, Pon-
« tius; contra Sanchez, Salas^{a)}, Perez,
« Palaum^{a)}, quorum sententiam non am-
« plius esse probabilem docet Filiuccius,
« Escobar, Lezana, Diana³ ».

208. - « 5°. Commissio hujus dispen-
« sationis non expirat morte Poenitentiarum
« concedentis, re integra: quia est gratia

« non facienda, sed facta in favorem ora-
« toris, cui jus quaesitum est; et executor
« est dispensator necessarius, si quidem
« preces nitantur veritate. Neque etiam
« morte Pontificis, tum ob rationem alla-
« tam, tum quia officium Majoris Poeni-
« tentiarum non expirat morte Pontificis.
« — Diana⁴ ex Suarez, Sanchez, Garcia,
« etc.; contra Navarrum, Bonacina, etc. ».

nec n
Pontif

Commissio
non perit
morte Poe-
nitentiarum,

¹ Part. 1, Form. dilat. voti religion., claus. *Quatenus audita confessione.* — ² Part. 4, tr. 4, resol. 71. - *Regin.*, lib. 31, n. 216. - *Pont.*, de Matr., lib. 8, cap. 21, n. 17. - *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 34, n. 29 et 30. - *Perez*, de Matr., disp. 48, sect. 5, n. 13 et 15. - *Fill.*, tr. 10, part. 2, n. 355. - *Escobar*, tr. 1, exam. 16, cap. 4, n. 124, v. *Dispensatio.* - *Lesana*, Sum., v. *Litterae apostolicae*, n. 20. — ³ Part. 4, tr. 4, resol. 71; et part. 8, tr. 3, resol. 105. —

⁴ Part. 8, tr. 3, resol. 98. - *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 17, n. 9; lib. 8, cap. 31, n. 3; et de Censur., disp. 41, sect. 2, i. f. - *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 28, n. 87 et 92. - *Garcia*, de Benefic., part. 6, cap. 2, n. 311. - *Navar.*, Man., capit. 27, num. 253, v. f.; et Consil., lib. 1, de filiis presbyter., consil. 3, num. 3. - *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 3, punct. 1, num. 15; et punct. 8, § 1, num. 19, v. finem.

207. - ^{a)} Salas, de *Legib.*, disp. 20, sect. 10, n. 98, negat requiri *absolutionem* sacramentalem. — Palus vero, tr. 3, disp. 6, punct. 15, § 1, n. 6, negat utique requiri confessionem

sacramentalem, sed ibi non explicat clausulam: *Audita confessione*, sed hanc alteram: *Absolvas hac vice in forma Ecclesiae consueta, injuncta poenitentia salutari.*